

## Alte Drucke

# Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

VETVS PRAEFATIO AD PIVM ET CANDICVM LECTOREM.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122)



## VETVS PRÆFATIO

AD

PIVM ET CANDIDVM  
LECTOREM.

*Rodeſt omnes, qui in ſchola munus proponendi iuuenibus elementa vera de Deo doctrina ſuſtinent, ad hunc ſcopum præcipuè docendi labores dirigere. Primum, vt textum ſacrarum literarum, in quo Deus doctrinam de vera agnitione & inuocatione ſui, & de æterna ſalute noſtra complexus eſt: & per cuius lectionem ac meditationem, initia ſux lucis, iuſtitia, & vita æterna, in pectoribus accendit: ſibi & auditoribus familiariter notum reddant. Deinde vt ſummam & velut corpus integrum doctrina, quod ex certis ſacra ſcriptura testimonijs, erudita methodo coagmentatum acceperunt, diligenter & aſſiduè mentibus auditorum inſigant.*

*Tradidit enim Deus immenſo beneficio certam de ſe doctrinam, libris Prophetarum & Apoſtolorum comprehenſam, ex qua ſola vult, tanquam vnico ſalutis fonte, veram ſui agnitionem, iuſtitiam & ſalutem æternam hauriri.*

*Ideoque ſeueriſſimè præcipit, vt hos libros Eccleſie commendatos, aſſiduè & attentè legant homines, & illuſtria Teſtimonia de Deo, de Mediatore Filio Dei Domino noſtro Ieſu Chriſto, de lege Dei, de promiſſione gratia, ſeu remiſſionis peccatorum propter Semen mulieris Chriſtum donanda, de Eccleſia Dei, de Sacramentis, de poenitentia, de cruce & conſolationibus, de Reſurrectione mortuorum, & vita æterna, inde colligant: Quibus fidem ſuam, inuocationem, ſpem, dilectionem, & cæteras virtutes, quæ initium ſunt vitæ æternæ, alant & confirment.*

*Ego itaque magnam me debere gratiam iſ conſiteor, qui me puerum ad amorem & conſuetudinem legendi quotidie textus Bibliorum inſtituerunt. Quam conſuetudinem aſſiduæ lectionis, deinceps quoque aucta ætate, ſemper amaui & retinui.*

*Sæpè tamen remorabantur meum curſum & ſuauitati lectionis aliquid moleſtiæ aſpergebant non intellectæ appellationes propriorum nominum, in quibus & hominum illuſtrium familiaria, & noſtrum etymologia ſeu genuinas ſignificationes ex linguarum fontibus ſumas, & locorum, regionum, urbium, montium, fluminum, ſuus & interualla cognoscere cupiebam. Nec dubito idem alijs quoque iuuenibus ſtudioſis quotidie uſu venire.*

*Sæpè etiam puer aſpiciens in Calendarijs nomina, quæ uſitatè inſcribi ſolent, uehementer ſcire exoptabam, Quinam illi homines fuiſſent, ubinam locorum, & quo tempore vixiſſent? quid egiſſent? qui ſua pietate hoc ſummum decus conſecuti eſſent, vt in ſanctos referrentur.*

*Idem de doctõribus eccleſiæ, Auguſtino, Ambroſio, Ieronimo, Baſilio, Chryſoſtomo, quos creberrimè nominari audiebam: Idem de Hæreticis, de Concilijs, alijsque rebus ſimilibus deſiderabam.*

*Hac cupiditate, non inhoneſta, vt opinor, incitatus, cum in perlegendo aliquoties ordine textus Bibliorum, initio hiftorias tantum, quibus natura delectantur animi, attendiſſem: deinde ſententias aliquas illuſtres præcipuè notaſſem: poſtea verſionem Germanicam & Græcam cum Latina contuliſſem: aliàs vero vnicuique libro ſacro, lectionem piæ & eruditi commentarij adiungerem: aliàs teſtimonia de ſingulis doctrinæ Chriſtiane articulis & refutationibus hæreſium (qui quidem fructus legendi textum omnium vberriſſimus eſt) excerptem: aliquando hanc quoque curam ſuſcepi, vt propria nomina perſonarum, regionum, urbium, montium, fluminum, fontium & alia colligerem, & explicationes, quas tunc inueſtigare poteram, aſcriberem.*

*Poſtea ex lectione Hiftoriæ eccleſiaſticæ Eusebii, Tripartitæ, Epiphani, Ieronymi, Auguſtini, actorum in Synodis, Canonum Iuris pontificij, legendarum de ſanctis, &c. plerorumque etiam Sanctorum, Martyrum, doctõrum Eccleſiæ, hæreticorum & conciliorum nomina adiunxi.*

*Hac occasione primum hæc ſarrago nata eſt, quæ cum nimis incondita & mutila ſuperiori curæ in publicam, neſcio quo caſu, prodidiſſet, nunc aliquanto diligentius alicubi recognita & aucta eſt, ita quidem, vt ex nouo Teſtamento, ex libris Moſis, Iofus, Iudicum & regum, omnia nomina propria in hoc Onomaſticon relata ſint. Qui labor, vt ingenij fortaiſſe nihil, ita aliquid tamen attentionis & aſſiduitatis in colligendo, & inueſtigandis vocum ſignificationibus requirit. Nam hæc nomina Ebraicorum interpretationes, quæ in Biblijs paſſim addi ſolent, atque etiam, quæ Ieronymi titulo circumferuntur, quàm ſint mendoſe, faciliè apparebit omnibus, qui eas ad præſentium vocum ſcriptionem propriam conferent. Sæpè etiam propter cognationem literarum*



Ebraicarum  $\gamma$  &  $\mu$ ,  $\iota$  &  $\sigma$ ,  $\omega$  &  $\psi$ ,  $\eta$  &  $\theta$  &  $\kappa$  similium, tres aut quatuor diuersa interpretationes vni vocabulo adduntur, cum tamen Ebraea dictio certis literis scripta in eo loco, unicam ferè significationem propriam tantum obtineat.

Cum autem à me, qui lingue Ebraicæ elementa vix degustavi, non dubitem multarum vocum etymologias minus commodè indicatas esse: amanter oro, si interpretationes nominum Ebraicorum magis concinne & venustæ alijs in mentem venient, vt eas studiosis impertiant, & errata in hoc libello comiter emendent.

In ordine nominum propriorum seruari scripturam veteris & vsitata translationis Latine, vt à rudioribus nomina facilius inueniri possint. Quæ cum plerumque ab Hebræa orthographia multum discrepet, addidi literas Hebræas, & statim subiunxi Latinas cum Hebræis proximè congruentes.

Cumque magna vicinitas sit literarum  $\omega$   $\psi$   $\sigma$   $\nu$ , pro quibus interpres Latinus ferè promiscuè, literam  $s$  usurpauit, Item  $\eta$  &  $\theta$ , Item  $\kappa$  &  $\gamma$ , pro quibus litera  $c$  vel  $ch$  à Latinis substituta est: in plerisque locis ita distinguere scriptionem conatus sum, vt  $\omega$  schin per sch, vel  $s$  maiusculam,  $\psi$  sin per s,  $\sigma$  samech per s,  $\nu$  zain per z minus,  $\nu$  Zade per Z maius, Aspirationem  $\eta$  He per h,  $\theta$  Heth per H maiusculam,  $\kappa$  caph raphatum per ch,  $\gamma$  caph dagessatum per c,  $\psi$  kaph per k exprimerem.

In situ & internallis locorum per gradus longitudinum & latitudinum designandis, Ptolemæi & Zigleri numeros secutus sum: ac quod ad Palestinæ chorographiam attinet, lectores historię sacre, plurimum tabula Tilemanni Stella inuari poterunt.

In Sanctorum & Martyrum historijs plerumque loca veterum scriptorum, & fide dignorum, in quibus ea commemorantur, asseripsi. Quod si nullam idonei autoris nomen additum lector inueniet, sciat ex Legendis sanctorum, vt vocant, eas narrationes de promissis esse.

Etsi autem agnosco ipse in hoc libello pleraque in isto breuiora & squalidiora esse, spero tamen aliqua vocabula mediocriter illustrata esse. Ideoque, si nihil aliud, voluntatem tamen & conatum iuuandi quorundam iuniorum studia meum, candidè iudicantibus non ingratum, nec inutile fore. Meis certè studijs expertus sum, hunc qualemcumque laborem fructuosum & suauem fuisse. Alios autem ingenio & doctrina præstantes oro, vt propter Dei gloriam & ecclesiæ ac studiosorum utilitatem, aliquid in hoc genere elaborent eruditius.

Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum oro, vt lucem suæ doctrinæ inter nos accensam non sinat iterum extinguï, & studia linguarum & artium Ecclesiæ necessaria in his regionibus seruet, & nostra studia & actiones regat, vt Deo grata sint, & Ecclesiæ salutares. Datum Francofordiæ ad Menum, die 16. Septembris,

ANNO 1557.

